



MŰTÉNETI LAPOK.

FELELŐS SZERKESZTŐ
K. PAPP MIKLÓS.

Megjelenik minden vasárnap. — Előfizetési ár: Félévre 6 f. Egész évre 12. f. — Szerkesztőségi Iroda: Lyceumi nyomda. — Kiadó hivatal: Gr. Teleki Domokos ház nagypiacz.

SZENCZI MOLNÁR ALBERT NAPLÓJA.

(Folytatás.)

1597.

Hujus anni triste initium habui Heidelbergae, peste grassante et me in domo Casimirana dira egestate premente, et saevo frigore me affligente, sed heu mihi adsunt tempora acerbiora.

Ineunte vere, redeuntibus Collegij stipendiariis, nihil tale sperans, ecce à fidelissimis Dominis professoribus iterum removeor à mensa 25 martii ♀ ipso die Parasceves. Die Paschatis, sumpta dominica coena in templo Spiritus S. finitaque celebratione, Dn. Mileum alloquor, cui meam necessitatem expono, condolens donat mihi 5 batzios, quibus eo die mihi cibum comparavi: Sequenti die libros 4 vendo et pecuniam mihi comparo, qua me in bursa sustento, donec ordinarium stipendium 15 flor. consequor in domo Casimiriana 7. Aprilis.

11. Aprilis suscipio duos adolescentes instituendos Goselbachij, quos per semester docui pro 4 florenis.

1. die Novembris litteras exaravi ad pientissimos meos fautores Argentinenses.

11. Novemb. ♀ Scheda oeconomi debitum importune poscentis vehementer contristatus ivi ad Amantissimos D. Helvetios, ut mutuo petam; sed cum ij me tam laete exceperant et à 12. ad 6 horam lautè me cibassent et potassent, petere mutuo cessavi. Ultima hujus anni die ante prandium

ab 8 hora ivi solus spatium meditabundus et tristis in viam philosophicam tandem nivibus obsitam. Heidelbergae.

1598.

Heidelbergae in Collegio cum essem in maxima egestate constitutus, sic inchoavi hunc annum! Januar. die ☉ mane hora 4. expergefactus, cecini in lecto Psalmos ungarice, Latine, Germanice usque ad 5. horam. Hora 5. surrexi, legi Psalterium, fornacem calefeci, descendi ad preces, postea ante octavam in concionem Dni Tossani. a prandio finita concione Myti, Adij Generosum Juvenem Stephanum Tökölj, qui post duarum horarum pium colloquium, donavit mihi 8 batz serenae loco.

2. Januarij incepit Dns Tossanus explanare concionem Christi de beatitudinibus Matth. 5. Et minister in Ecclesia inchoavit lib. 2. Samuelis de Holcana et ejus uxoribus duabus cap. 1.

23. Februarij ♀, accepi litteras ex Ungaria à R. D. Thoma F. Tholnensi Pastore Ecclesiae Patach. quibus invitatus sum praeter opinionem et meritum ad Lectoratum Scholae Patachinae.

Febr. 28 et ultima respondi ad literas Thomae Fab(ricii).

2. April. ☉ Fasciculum literarum ad moraviam, Breszl. Sebasti Kaismark, D. Fabricium Patachinum misi. Frankfurtum: perlegi Ep. Philippensem.

9. April. ☉ dedi fasciculum literarum ad Franciscum Pap Cassoviensem exaratarum Dno Michaeli Szerdaheli ut Francofurtum mittat, hinc feratur in Ungariam. Hinc re-

diens indicat regens ut de resurrectione declamem ad diem paschatos.

16. April. ☉ die Paschatis Heidelbergae in Collegio Cas. declamavi de resurrectione; ubi praeter Collegii stipendiarios adfuit Herman. Renmüller Hebraea linguae Professor.

Mense Majo cum anxie expectarem responsum ex Ungaria ad literas Dno Thomae Fabricio scriptas, et crebro molestarer ab importunis creditoribus, morae levandae causa transivi Argentinam ad meos fautores, et 4. Junij festo pentecostes in pago Büschwiler a communicantibus fratribus orthodoxis argentinensibus accepi sex Philippicos taleos, qua pecunia laetus redij Heidelbergam 20. Junij, et creditoribus importunioribus satis feci.

In initio mensis Augusti invasit me a planta pedis ad verticem usque capitis foeda quaedam verrucosa scabies, quae me jam per 2 septimanas mire affligit.

In hac mea calamitate populares mei humanissimi christiana caritate ducti contulerunt mihi aliquam pecuniam, qua in hac afflictione necessaria comparo: reddat eis Dns.

Hi sunt: Stephanus Deczi, Emericus Uyfalui, Petrus Debreceni, Steph. Tököly lib. baro, Michael Szerdaheli, Daniel Szegedi, Michael Tatar, Michaël Visoli, Benedictus Szedegej (igy), Moses Vasarheli, Joannes Ketskemeti, Petrus Felkman Transylvanus.

Jerem. 17. Sana me Dne, et sanabor, salvum me fac et salvus ero, quoniam laus mea tu es. Job. 8. Qui me vulneras et mederis mihi, tu me percutis et manus tuae sanabunt me.

Mense 7-bri hinc in patriam, in festo iter aggressus Dn. Emericus Uyfalui Michae. cui dedi literas Ulmam D. Petro Hubero: Szencinum parenti et fratribus, Cassoviam Francisco Pap, Patakinum D. Thomae Fabricio, cujus literas jam per semestre expecto avidissime.

13. Augusti Svasu D. Lossii medici unxi verrucas in facie existentes Esula, unde vultus ita intumuit, ut ad mensam accedere non potui. 14. Augusti bibi primo purgationem in vita.

16. Venam secari curavi in dextero

brachio, sanguis admodum ater exijt. Deus bone! quam multas purgationes amaras exhausj. Scripsi 14. 8-bris.

18. 8-bris a Rev. et Cl. viro Dno Thoma Fabricio Tolnensi ex Ungaria ad meas litteras accepi jucundissimum responsum una cum sumptu 29 aureorum et dimidij Joachimici.

Eodem die ☽ vesperi simul cum his literas R. et Cl. viri Sebastiani Ambrosij Ministri Ecclesiae Keismarckensis, accepi.

14. X-bris, festo Luciae R. Dnus Daniel Tossanus Ecclesiastes Heidelbergensis mane hora 7. pro concione explicuit publice locum Ecclesiae cap. 5. versus 4. usque ad 8. de votis licitis et Deo gratis et contra. Cujus occasione cogitavi de voto aliquo Deo vovendo pro felici mearum rerum dubiarum eventu. Vesperi pro precibus vespertinis Scultetus Minister Aulicus breviter exposuit 6. cap. Marci, de 5. summis calamitatibus, quibus in hoc mundo affliguntur, qui Dei consolatione indigent. Hinc revertens in Museum hora 5. lego Lucae cap. 8. me legentem alloquitur contubernalis dicens, me ab oeconomo per famulum monitum esse, ut vini precium, quod erat 7 baciorum, solverem, nec se velle in posterum mihi vinum dare: idque consilio popularium, qui dicant me nihil certi me posse ex Ungaria sperare. O atrocem infidelitatem et invidiam! quasi non essent extra Hungariam pij viri quorum beneficio ex tali debito possem liberari! Sequenti vero die ☽. 14. scilicet X-bris, qui est solstitium hyemale, ingressus templum aucti lectionem et brevem resolutionem capitis 32. libri 2. Chronicorum pro precibus matutinis, quibus finitis venio in Auditorium philosophicum, ubi Henr. Smetius Decanus medicae facultatis, in promotione 3 Medicinae Doctorum habuit orationem de vini varijs generibus, et eorum valoribus et virtutibus: sumpta occasione ex Epistola Pauli ad Timotheum 1. Tim. 5. vers. 23. Ne amplius abstemius esto, sed modico vini utere propter imbecillum stomachum. Finita itaque doctoratus solennitate revertens in Museum, Votum vovi Deo opt. maximo, me non bibiturum vinum usque ad 13. diem Martij, qui est equinoctium vernale. O Jesu dulcissime, qui solus nosti voti mei scopum, infunde mihi

spiritum S. tuum me regentem, ut possim tibi laete reddere votum meum.

Scrpsi 14. X-bris ☉ hora 1 pomeridiana. 1599.

Hunc novum D. N. Jesu Chr. annum, sit laus clementissimo Jehovae, laesius inchoavi, quam omnes superiores Heidelbergae. I. enim mensis die ☉. 6. hora surgo, ad preces descendo in communitatem domus Casimirianae, in qua dego. Finita cantione, lectionem 19. Apocalipsis audio, post in publica concione circumcisionis doctrinam audiendo, prandio laetus sine vino, pro vespertina concione audio locum Rom. 13. vers. 12. Und weil wir solches wissen, nemlich die Zeit, das die Stund da ist etc. Post aliquot carmina scripsi de invidiae morsu, vesperi coenatus post in precibus laetus cum Sodalibus Psalmum 81 cecini, et sic primum hujus anni diem clausi.

18. Januarij ☿, mane hora 5. surrexi, pro precibus matutinis cecinimus in communitate Psal. 98. audivimus lectionem 25. capituli Matth. Hinc postea comitatus sum in navim D. Joannem Ketskemeti, literas meas perferentem Ulmam D. Petro Hubero, Szenicinum patri, fratribus, et sororibus; Keismarck D. Sebastiano Ambrosij ibidem ministro verbi divini fidelissimo; Cassoviam Egr. D. Franc. Pap; Patachinum D. Thomae Fabricio et D. Emerico Uyfalvio. Deinde hora 9. discedit hinc a me dilectissimus meus amicus David Kugler, factoris mei Argentinensis filius, nunc spirae in Principiali Camera praxi Juridicae operam dans, qui ante 6. dies venerat spectatum solennitatem Illustrissimi nostri principis, qui filiae recens natae baptismum celebrabat. In prandio legebatur primum cap. libri I. Samuelis.

14. Martij ♂ mane in precibus cecinimus Psal. 5. vesp. dimidio lectum cap. 8. Rom. vesperi 9. In templo mane minister exposuit cap. 8. Eszther, vesperi 13. Actorum Apostolorum. Hunc diem sacris lectionibus consumpsi et clausi. Et sic reddidi votum Deo optimo maximo, quod voveram superiori anno XIII. X-bris; nec bibi vinum per quadrantem anni. Et sit laus viventi Deo prospera sum usus valetudine.

20. Martij ♂ cum J. Carolo Heusio

argentinensi suos necessarios visitaturo, versus Crucinacum iter aggressus sum navigavimus per Neccarum, Mannam, ibi pransi, per Rhenum hora 4. venimus Vormatiam, hora 7. Gundersheim, ibi pernoctavimus.

21. die venimus Alceam, pransi apud D. Petrum Cursenium diaconum ibidem, coenavi apud D. Marcellidem, apud eundem pernoctavi.

24. ☿, Cum Carolo Hesio in aedibus Dni Petri jentaculo sumpto Alcea egressi, hora 2 venimus Weltstein.

23. ♀ Mane sumpto jentaculo von Weltstein expatiati sumus in pagum Siversheim ad fidelissimum ministrum illius pagi Dn. Abel a Creutzen qui nos excepit amanter multa scitu digna de regimine Ecclesiae nobis recensuit, lautissime usque ad noctem tractavit, unde bene potus hora nona redii Weltstein.

24. die Martij ♄ von Weltstein solus profectus sum Crucinacum, ibi reddidi literas Caroli mei D. Joan. Jacobo Hermanno argentinensi, Crucinensis Ecclesiae Diacono pientissimo, qui postquam me laeto excepisset prandio, perduxit me ad Reverendos suos Collegas, D. Joh. Hulsmannum Inspectorem, scholae rectorem, ultimum Diaconum et republicae medicum et physicum, postea in templum, postea merendam dulcem mihi praebens dimisit Weltstein.

25. Martij ☉ post concionem, prandium lautum et examen catecheticum cum D. Mattheo Masio Welsteni ministro, ejus conjuge, et cum meo Carolo venimus Siversheim ad Daum. Abelem, qui una nobiscum venerat Alciam, ubi tunc encoenia celebrabantur, coenavi cum Marcellide Diacono, aderat ibidem Michael Szerdaheli et ludi rector alceani D. Joan. Mollerus, qui sequenti die 26. Martij me prandio excepit laetissime. Vesperi coenavi cum Dno. Diacono Petro Curtenio. 27. Alcea discessi, veni hora 11 Neuhäsium, ubi rectorem Bartholomeum Coppen allocutus, illuc illustre gymnasium perspexi, et compransus sum cum praeceptore 3. Classis Burchnero in diversorio, hora prima exij Neuhäusio, veni Vormatiam, hora 3. trajeci Rhenum veni Kürtelthal, pernoctavi ibidem.

28. die ♀ Ledeburgam hora 7. Heidelbergam redij hora 9.

3. Maij ☿ Argentinam literas misi ad D. Fridericum Didenhoverum per D. M. Jo. Caspar Gryneum Basileam proficiscentem.

27. Maij. ☉ festo die pentecostes incepti jejunare, montem sanctum singulis diebus conscendere; precando, legendo, canendo diem vnum totius septimanae consumere, coena modica me confortare.

11. Junij ☾ Bartholomeum Keckermannum de meo statu mutando consului et de matrimonio. Commendat filiam cujusdam vitrariae, quam circa vesperam cum Carolo Heusio exspaciando per forum transiens conspexi in officina vitraria, cujus insolita forma mire me affecit et inquietavit.

14. Junij ♃ Summo diluculo ad D. Keckermannum et Alexandrum Beckerum pastorem schedum quamdam exaro, et eos rogo ut eum Matrona vitraria agerent de filia mihi desponsanda; post pro felici rei eventu lego psalterium incipiens a 25, cumque pervenissem ad 29. v. 3. vox Dei majestatis intonuit, coelum subito vehementer intonuit et me mire commovit.

16. Junij. die Sabat, aliam schedam dedi Keckermanno et Beckero, eosdem sollicitans de expediendo meo negotio, et cum in ipsis cunctationem et procrastinationem sentirem incepti vehementer contristari, et incoenatus cubitum vadens tragicosum et luctuosissimum somnium habui, expergefactus totus sudore madens et horrore plenus, Deo gratias egi, rem non ita, ut somniabam, se habere. Contubernalem Wilhelmum Persig excitavit ut caneret mecum Psal. 91. et Deo gratias ageret.

17. Junij ☉ finita concione pransus sum laetus, postea circa vesperam incepti mihi multos insidiantes imaginari et flere; mecum per noctem vigilarunt 6 juvenes.

1. M. Gothofred Walter, 2 Benignus Begius, 3. Georgius Locker, 4. Hopffius, quos angelos vel eorum typos mihi custodes a Deo esse datos mihi persvasi. 5. Wilhelm Persig. et Bavarus famulus, quos diabolos principes mihi imaginabar: et vehementer clamans Divinum auxilium implorabam; postea sequentibus diebus ligatus custoditus fui.

22. die Veneris deductus sum in Nosocomium principis, ubi inclusus in vinculis

ferme per 7 dies sine mente et omnibus sensibus destitutus jacui; postea dei clementia mihi mens restituta fuit.

28. ♃ Julij ex Nosocomio principis iterum redij in collegium Casimirianum.

16. 7-bris. literas a Domino Sebastiano Ambrosij accepi, quibus significat mortem Domini Thomae Fabricij Tholnensis.

2. 8-bris. ♂. Animi gratia exspatiatus sum in ditionem Bipontinam, et veni Spiram.

3. ☽ Spirae concione finita orthodoxa, pransus sum cum Domino Pastore Callenfelsio et ejus Diacono Crustario, et veni Knutelheim, coenavi cum Pastore Wilhelmo Leubachio.

4. die 8-bris ♃. Montanas Tabernas.

5. Hunspachium ad Dominum Michaellem Formicarium Poetam et Pastorem, qui me cum literis commendatitij transmisit Bipontem ad D. Pantaleonem.

8. 8-bris. ☉ Veni Bipontem. Pransus et coenatus cum Domino Pantaleone ibidem.

9. Pernoctavi. 9. Sequenti post prandium honorario ornatus et literis commendatitij instructus ad Hornbacenses transeo. Hornbacii perlustrato Collegio stipendiatorum Principis Bipontini veni Nünschweiler. Hinc

10. veni Stürtzelbron, ubi magnum claustrum.

11. Niderbron. Buschweiler.

12. ♀ Argentinam, ubi humaniter exceptus a pristino meo fautore Jacobo Küglero et ejus pia conjuge cum varijs donis me dimiserunt 17. 8-bris, quo die veni Stollhoffim. Hinc 18. 8-bris. Veni Liekenau. 19. redij Heidelbergam.

28. Octobris. ☉ Heidelbergam exij, comitantibus 4. popularibus Ungaris Gen. Dn. Steph. Tököli L. B. Michale Patai, M. Visoli, M. Szerdahelyi: Germanis duobus, Wolffg. Marco Walthero et Conrado Hopffio, et in Ungariam Patriam post novennem peregrinationem iter ingressus veni Leingezel.

29. ☉ Heilpronam. 30. Thale Stane.

31. ♁ Schorndorff, Keppingen, Geislingen.

1. Novembris. ♃. Ulmam. Hic salutatis M. Petro Hubero et Petro Amanno incidi in Doctorem Medic. Georgium Carolum Sudvicensem Silesium Camperorum praeceptorem.

4. Nov. cum eodem navim super Danubium conscendi, et veni eodem die Langnonam, ubi illustre Gymnasium. Estque Patri Alberti Magni Episcopi quondam Ratisponensis ac in Curia ad Turrim in ejus imagine hi versus leguntur:

Albertus Magnus civis clarissimus, olim
Lagnonae Doctor Magnus Praesulque Sa-
crorum.

Inclytus omnigenae Scriptor celeberrimus
artis, *

Sic oculos, sic ora senex vultumque gerebat.
Obijt anno C. MCCCCLXXX. aetatis 87.
ibidem ad insignia Civitatis.

Quando ferum domuit sutor vix tantulus hostem
Qui Langnogana civis in urbe fuit.

Officij memor et virtutis testis avitae

Hos urbi clypeos Caesar et arma dedit.

5. die Novembr. Donawerdam. 6. Noe-
burg. 7. Ingolstadium. 8. Külheim. 9. Ratis-
ponam, ubi ad quandam turrim supra ima-
ginem crucifixi ista legi:

Qui stas ante crucem Christum venerabere
lucem,

Fert mala tanta Deus non tamen ipse reus,
Spina caput cingit, sanguis pia tempora pingit.

Ossa cruore madent, vulnere membra scatent.
Attamen haud istum qui pendet ab arbore Chri-
stum,

Sed cole, quem per eum signat imago Deum.

10. Novemb. Straubingam. 11. Hoffkirch.
12. Passau. 13. Ascha. Lintz. Staer. 14.
Grayne Strudel, Bürbel, Zips, Morbach. 15.
Crems. 16. Viennam.

22. Novemb. Exivi Vienna, veni Han-
burg.

23. Veni Posonium, ubi nobilissima
Vidua Francisci Camperi per biduum laute
exceptit cum Dn. Carolo.

26. 9-bris. ☉. Redij in patriam Szen-
cinum per novem annos desideratam; hic
omnibus meis superstitionibus repertis laetus
per aliquot dies mansi. Postea veni in Pa-
gum Jéel, hinc Samariam et Czelesztő ad
Mattheum Samariaj ministrum orthodoxum,
qui literis datis Tyrnaviae me fratribus com-
mendavit, ubi mihi Andreas Aztalos aureos
5 et reliqui fratres Szigedi Marton, Borne-
misza Janos, Somogine et alij ferme sex
flor. Ungaricos.

Tyrnavia in vigilis natalitia Christi
(juxta novum Calendarium) redij in patriam.

28. Nov. ☿ Ex patria versus Cassoviam
iter suscepi cum adolescente Andrea Sarvari.
Veni Farkashidam.

29. Galgocz, Nagyváti faluja 30. ☉
Tapoltsan. 31. ☽ Sambokrete. hic conduxi
aurigam in Keismarckt.

(Folytatása következik.)

I. RÁKÓCZY GYÖRGY NEJÉNEK Lorántfy Zsuzsánnának

LEVELEZÉSE.

1646—1648 között.

Közlj: Szilágyi Sándor.

XV.

1646. Dec. 10.

Alázatos méltatlan szolgálatomat aján-
lom nagyságodnak stb.

Nagyságodnak mint kegyelmes asszo-
nyomnak egynehány rendbeli kegyelmes pa-
rancsolatját alázatos engedelmességgel vöttem
az nagyságtok itt való szamosujvári szám-
tartója Csernátoni János felől, melyben nagy-
ságod kegyelmesen parancsolja, számadását
ugy igazitaná, hogy nagyságtok ez jövő ezer-
hatszáznegyvenhét esztendőtv adván isten
nagyságtoknak érni, kit engedjen ő szent
felsége nemcsak azt, hanem sokakat megér-
ni, nagyságtok kiviteti, de már nem poccai,
hanem pataki udvarbiróságra, az mi kegyel-
mes urunk is, kegyelmes asszonyom, ezen do-
logról kegyelmesen parancsol énnem. De
az mikorra nagyságtok kimenetelinek napot
praefigiált, szintén akkor leszen esztendejé-
nek kitelése, esztendejének kitelése előtt pe-
dig, kegyelmes asszonyom, ilyen terhes szám-
adásában sok okokra nézve ratiójának írá-
sához nem foghatott, mivel az nagyságtok
itt való gondviselői közül ugyan számosan
viceudvarbiró, ispánok, birák, pallérok, ma-
jorok, pásztorok, kocsmárosok számadatlanul
mellőlem elhottak s mostan is halnak, csak
az egy ember volt mellettem, nagyságod
azért kegyelmesen s bölcsen megítélheti, an-
nál is inkább terhesedik s továbbra is kell
haladni ratióknak eligazításának, számtar-

tót is, kegyelmes asszonyom, én bizony arra az tisztre alkalmatost nem kaphatok, noha kegyelmes asszonyom, mivelta értettem az nagyságtok kegyelmes akaratját s parancsolatját, mind azoltától fogva bizony szorgalmatosan tudakoztam s praefectus uramot ú kegyelmét is busítottam, ú kegyelme ugy vagyon Gyalai Jónás deák felől emlékezett volt, de az is, ugy látom, igen beteges, béna, fájdalmas lábu ember lévén, alkalmatlan erre az nyughatatlan terhes tisztviselésre, mivel, kegyelmes asszonyom, nagyságod bölcsen megítélheti, az itt való számtartóság nem valami tudatlan gyermek embernek való, hanem megválasztja az embert; én pedig, kegyelmes asszonyom, az számadáshoz bizony semmit is nem tudok, ha kegyelmes asszonyom jó számtartót nem találhatok az én tudatlanságom miatt, ha mi kára nagyságtoknak lehet s nekem is holtig való nyomoruságom, ha az nagyságtok fejedelmi kegyelmessége nem accedál, nagyságod kegyelmesen s bölcsen megítélheti, mindazáltal, kegyelmes asszonyom, engedelmes lévén mindenekben az nagyságtok kegyelmes parancsolatjának, csak egy tudatlan új kulcsár kezében mindeneket most inventáltatok, az ki, kegyelmes asszonyom, nem hogy az itt való számtartóságnak felelne meg, de még csak az kulcsárságnak gondviselésére sem elégséges, de kételen vagyok vele, mert nem kaphatok, mivel, kegyelmes asszonyom, az pestis is az jó, hasznos, szolgálatra való embereket igen elszedegette s most is szedegeti, nagyságodnak azért mint kegyelmes asszonyomnak fejedelmeknek igen alázatosan könyörgök az élő istenért is, nagyságod meg ne bántódjék, ha nagyságtok fejedelmi kegyelmességéből mellettem ugyan nem hagyhatja, nagyságtok fejedelmi kegyelmességéből méltóztassék annyi üdöt engedni, az mennyit instructionkban engedett s reversalisa is tartja, hogy igazithassa reversalisa szerint ratióját, mert, kegyelmes asszonyom, én azt nála nélkül el nem tudom igazíttatni, holott kegyelmes asszonyom én soha is csak egy pénz jövedelméhez is nagyságtoknak, az mi az ő tisztihöz való volt, én bizony nem nyultam, kárára is nagyságtoknak bizony soha nem igyekeztem, ha hasznára nem lehettem

is, de ha tudatlanságom s erőtlen gyenge állapotom miatt nagyságtoknak mi kára leszen (kit tehetségem szerint távoztatni igyekszem), arról, kegyelmes asszonyom, nem tehetek. Egyéb ide való állapotok felől, kegyelmes asszonyom, nagyságodnak alázatosan írhatom, istennek hála, még eddig nagyságtoknak semmi kára nincsen, csak isten az pestist szüntetné, de gyakorta hun megszünik s hun elkezd, az nagyságod fejedelmi kegyelmességét kegyelmes asszonyom mindenekben alázatos engedelmességgel várom. Ezek után stb. Datae in arce Szamosujvár, die 10 decembris, Anno Domini 1646.

Nagyságodnak alázatos méltatlan szolgálja etc.

KAZTTHA MÁTVÁS.

Külczim: Illustrissimae ac Celsissimae Principissae Dominae Dominae Susanae Lorántfi stb.

(Eredetije a m. k. kamarai levéltárban.)

XVI.

1647. Jan. 1.

Kegyelmes fejedelem asszonyunk etc.

Hogy az ur isten stb.

Kegyelmes asszonyom, ugy kívánván az nagyságod én hozzám való kegyelmessége és énnekem is az én nagyságtokhoz való alázatos kötelességem, nem örömet akarom elmulatni, hogy ez áldott esztendőnek elein az én méltatlanságom szerént én is nagyságotat meg ne látogassam s ne üdvezzem, kívánván az én istenemtől alázatos tiszta szivvel az nagyságod és nagyságtok kedves élete és kívánatosan virágzó jó egészsége felől értenem s tudakoznom, melyet isten ő szent felsége tudja, mely szivem szerént kívánok mindenkor örvendetesen hallanom. Itt mi kegyelmes asszonyom, legyen dicsőség örökké az urnak, szenyvedhető kárral kelénk által az ó(ly) esztendő, mert az egy szegény Gáspár Györgyön kívül, ki városunknak főbirája vala, semmi oly derekas ember közülünk ez elmúlt 1646. esztendőben meg nem holt; az kik azonban isten decretoma szerént szegények megholtak, mind körülbe nem voltak többen, hanem hetven hárman ./ 73, kinek negyvenhete férfiak, a többi asszonyi állatok s leányzók voltak. De az kikkel az

ur isten jó voltából kevés seregünket szaporította, kétszáz huszonegyen $\frac{1}{2}$. 221. vannak, kiknek a kilenczvenegyje férfit, a száz harmincz penig leányzó. Házasodtak meg isten törvénye szerint hetvenöten, a mint szorgalmatosan számot tartottam reá. És így ha az istennek kegyelmességét az ő sujto-gatásával fontban vetjük, nem mondhatunk egyebet, hanem a mit az apostol monda, hogy a hol bővölködött is a mi bűnünk, ott az istennek kegyelme feljebb áradott. Ezt nagyságodnak akartam alázatosan tudtára s értésére adnom. Ezekkel nagyságodat stb. In Sáros-Patak, die 1. januarii, Anno a Christo nato 1647.

Nagyságodnak mint kegyelmes asszonyának alázatos egyházi szolgálója a Christusban

WERÉCZI FERENCZ.

Külczim: Illustrissimae ac Celsissimae Principissae ac Dominae Dominae Susannae Lorantfi stb.

Kivül: 1647. 1. januarii Verécsi Ferencz uram, S.-pataki főpap levele.

(Eredetije a m. k. kamarai levéltárban.)

XVII.

1647. jan. 12.

Alázatos méltatlan szolgálatomat ajánlom nagyságodnak stb.

Ide való állapotok felől, kegyelmes asszonyom, irhatom nagyságodnak alázatosan, áldott az ur neve, az pestis alkalmasint megszűnt, vagyon egy hónapja, hogy itt közel senki nem holt, Lápos vidékin imitt-amott egyenkint hun egy hétben s hun harmad napon egy-egy faluban, hun egy s hun kettő; egyéb állapotok felől is, Istennek hála, most nagyságtoknak semmi kára nincsen, csak Isten nagyságtokat hozza egészségben. Ezek után az szent Isten sat. Datum in arce Szamosújvár die 12 mensis Januarii Anno Domini 1647.

Nagyságodnak alázatos méltatlan szolgálója

KAZTTIA MATTHIA m. p.

Külczim: Illustrissimae ac Celsissimae Principissae Dominae Dominae Susannae Lorantffy Dei Gratia stb. D. D. mihi naturaliter gratiosissimae.

Kivül más kézzel: 1647. 12. Jan. Ex Matthia Kazta Szamosújvár.

(Eredetije a m. k. kamarai levéltárban.)

XVIII.

1647. Jan. 19.

Életemig való alázatos szolgálatomat ajánlom nagyságodnak stb.

Kegyelmes asszonyom, Váradon 22. januarii nekem iratott nagyságod levelét Dobay István uram tegnapelőtt 12 óra tájban adá meg, melyben kegyelmesen minemő dolgokról parancsol nagyságod, alázatosan érttettem. Homonnainé asszonyommal való dolgban, hiszem, hogy nagyságod kegyelmesen emlékezik reá, az én semmire való tetszésem ennekelőtte is az vala, semmit nagyságod tőle nem vött hatalmasul el, keresse törvényvel, ha mi injuriáját mondja, azt nem tudom, mikor éri el, mert vármegye el nem igazithatja, minthogy több 600 frtnál, de azonban meglőtt az alkuvás nagyságtok között, im megirtam én az Homonnainé asszonyom praefectusának az szerint, mint nagyságod írta, pénzt nagyságod nem ad, hanem az mint egyszer véle megalkudt nagyságod, azt minden fogyatkozás nélkül praestaltatja nagyságod. Kun István uramnál lévő jószág dolgában nekem, kegyelmes asszonyom, az tetszik, ne találta meg is nagyságod, várjon az időtől nagyságod, talám jobb alkalmatossága leszen. Szabó István ma érkezék Eperjesről, ugyan ma elbocsátom, késértetem az vásárlással. Az marhákat, kiket az debreczeni tőzsér maga számára kér vala, nem kell eladni, jobb áron eladhatnám csak az mészárosoknak is, azok csak az zab- és árpa-szalmán is kitelelnék. Az kecsegéket Ónodból 250 elküldték volt, im most is küldtem, Mislei Istvánra bizván gondviselését, talám százig, nem tudhatom számát, mert az zaboli balsai, kenézlői örvényekben fogták tegnap; Bay János uramra biztam felrakatását, és hogy számát is megírja Görgei uramnak, az mint nekem mondta, több leszen száznál; most ugyan jól fogathatok vala, ha az Tisza áradása meg nem érkezik vala.

Szénás Péter uram most itt kinn levén, pocsi házhoz való fákat megvágathatja ő kegyelme, és ha ez mostani hó valamint tart,

meg is hordhatják. Itt úgy megveszekedék az idő, semmi munkához nem tudunk nyulni, hol igen hideg, kegyetlen szeles, fagyos, hol eső, nagy sár, hol hó, mint im szintén most is, kinek az alja sár, kihez képest ebből sem jó utat, hanem olvadást, vizet és ismét nagy árvizeket remélhetünk, akarmint igyekezzem épülethez való készületeken, de az isten mindannak akadályára, gátolására szolgáltatja az időket; de az épületekre való készületeknek hátramaradása mind semmi volna, csak nagyobb ne következne után.

Dobay urammal, úgy tetszik, találtam az mi kegyelmes urunknak borakat, engedje jó egészséggel nagyságtoknak elkölteni; ifju urunknak is küldtem egy általagot magamét, gyalog kapitány uramnak is; az urunknak való bor két hordóban és három általagban vagyon, harmadik hordóval kinek akarja nagyságod adatni (ha nem Bethlen Ferencz uramnak), nem tudom, csakhogy Görgei uram írja, Ujhelyi dézmabor is jó lesz.

Csatorna csinálók is elérkeztek, ezután csinálni kell, mert szükséges is, az mely szekeren azok ide jöttek, két hordó bort ha elvihettek volna, két társzekeret adtam, mert üresen is be kellett volna küldenem. Az lovakra való ezüstös szerszámok szekerét is most kellett elküldenem, késértetnem.

Rákóczi Zsigmond uramnak ő nagyságának igen szükség itt kiinn maradni az vigyázásért, kinek helye alkalmasb Patak Munkácsnál, hozza az ur isten jó egészségben ő nagyságát, legyen az ur istennek áldása az ő nagysága jövetelin, itt lakásán, vigyázásán, egyébaránt gondot viselhetünk ő nagyságára, csak szénánk, abrakunk igen kevés vagyon, de arra is gondot viselünk, ha élek, csak az ő nagysága ifju legény szolgálai legyenek jó disciplina alatt, kik közül némeylek, ha mind úgy viselik magokat, mint eddig, nem leszek, tudom, sok injuria nélkül, én pedig aprólékosért nem szoktam gyakorta panaszkodni, hanem ha jámbor szolgáltatomnak jutalmát azok kezdenék megfizetni, mindazáltal valamit isten reám mért, meg kell annak lenni, jóllehet talám az ur isten megkönyöröl immár rajtam. Kállóból Kovácsi István nevő ladányi jobbagyot, azon leszek

kegyelmes asszonyom, haza vitessem. Ezek után stb. Datum in S.-Patak, die 29. januarii Anno 1647.

Nagyságodnak alázatos szolgája, mig él

DEBRECZENI THAMÁS.

Külczim: Illustrissimae ac Celsissimae Principissae Dominae Dominae Susannae Lorantffi stb.

Varad.

(Az egész levél Debreczeni írása.)

(Eredetije a m. k. kamarai levéltárban.)

XIX.

1647. Jan. 25.

Alázatos és hűséges szolgálatomat ajánlom nagyságodnak stb.

Kegyelmes asszonyom, nagyságodat akarom az itt való állapotok felől tudósítania; istennek legyen hála, mostan a fejércselédek békével vannak. Mivel, kegyelmes asszonyom, sertés marhákat verettem le s az aprólékját sem adathatom el, senkinek sem kell, az aprólékjával igen jól tartom őket. A nagyságod kegyelmes parancsolatja szerint a varróhoz a mi kívántatott még eddig, abból fogatkozás nem volt, mind szkófiium aranyat, szkófiium ezüstet, vastag és vékony aranyat s ezüstet, selymet is, mikor kívántatott, vettem. A lent is, kegyelmes asszonyom, 25. praesentis elküldöttem Fogarasban a nagyságod kegyelmes parancsolatja szerint. A mely két gyermekék, kegyelmes asszonyom, az ujkeresztyének között vannak, a leányka beteges, a férfiacska pedig jó egészségben vagyon. Istennek legyen hála, kegyelmes asszonyom, még eddig mindenféle majorság békével vagyon. — — — — —

— — — — — Ezek után stb.

Datum in Al-Vincz, die 25. januarii, Anno 1647.

Nagyságodnak holtig való alázatos szolgája

BUDAI PÉTER.

Külczim: Illustrissimae ac Celsissimae Principissae Dominae Dominae Susannae Lorantffi stb.

(Eredetije a m. k. kamarai levéltárban.)